

# LEONIS

HEBRAEI DOCTISSIMI,  
ATQVE SAPIENTISSIMI  
VIRI

*De Amore Dialogi Tres,*

NUPER A IOANNE CAROLO  
Saraceno purissima, candidissimaq;  
Latinitate Donati.

NECNON AB EODEM ET SINGVLIS  
Dialogis argumenta sua præmissa, & marginales  
Annotationes suis quibusque locis insertæ,  
Alphabeticæ & locupletissimo Indice  
his tandem adiuncto, fuerunt.



*De S. Aug.  
de Seno*

*P. 7.*

*f. Joseph de  
herrera.*

*Corregido y sume  
al nuevo ex purga  
torio del año de 16  
32. f. Pardo de...*

VENETIIS, APVD FRANCISCVM  
SENENSEM. M. D. LXIII.

consistere putabam, quòd alter eorum rationis imperio subiceretur, atque ipsius mandatis obtemperaret: alter uerò rationis iugo excusso, solutus omnino ac liber in præceptis ferretur. Nunc autem ambigo, quinam perfectus amor sit nuncupandus. P H. Non rectè sentiebas: vehementia enim & furor uitiiosi amoris haud proprium existit; sed est proprietas quædam cuiuscunque efficacis intensique amoris, uel honesti, uel turpis, præterquam quòd furor honestati adiunctus virtutem reddit maiorem, cum turpitudine uerò conglutinatus, homines adigit ad maiorem insaniam atque errorem. Quis in amoribus honestis uehementissima & effrænata desideria reperiri vnquam negabit? Quis diuino amore honestior in medium potest adduci? Et quis eo ardentior atque celerior? ~~Namque~~  
~~man ipsum rationi hominem gubernari &~~  
~~obtemperare, nullo modo est dicendum,~~ cum plures diuino capti amore, se ipsos negligant, & vitam maximis periculis & certissimæ morti exponant ac tradant. Plures quoque præ nimio Dei amore sese despicunt, sicut contrà infælix seipsum nimium amando, Deum contemnit. Quot tandem uiri, ut hanc materiam absoluamus, uirtutis & gloriôsæ famæ cupidine inflammati, vitam suam terminare, eamq; cum morte commuta-

Vehementia ac furor haud uitiiosi dicitur amoris: uerū cuiuscunque amoris intensi atq; efficacis, uel honestus uel turpis is eē dicitur, proprietas quædam existit.

cut permansio ac dissolutio vniuersi octauæ  
 sphaeræ conuersionem, atque potissimam con-  
 sequatur rationem, an mundi etiam huiusce in-  
 ferentis status pariter atque corruptio septem  
 nullum annorum spatium perpetuo sibi requi-  
 rent ab vlla eorum proficiatur motione.  
 P. H. Ab eiusdem octauæ sphaeræ accedente &  
 recedente proculdubio efficitur circulatione,  
 quæcum septem nullum annorum interuallo  
 semper expletur, iure mundi quoque inferio-  
 ris solutionem atque conuersionem statis tem-  
 poribus infinitis conuenire existimatur. Cum  
 autem huiusmodi accedentes & recedentes  
 octauæ orbis circulationes ad septimum perue-  
 nerint septenarium, tunc mundus quoque cele-  
 stis dissoluetur, quod quidem quadraginta no-  
 nem millibus annis ab vniuersi procreatione  
 tandem elapsis diximus euenturum. S O. Ma-  
 ximum certè ad tam præclarâ opinionem con-  
 firmandam, atque corroborandam momentum  
 hæc Theologorum, Astrologorumq; concordia  
 offerre videtur. Verùm dic queso, Astrologi  
 rationibus ne tantummodo, an disciplinæ insu-  
 per alicuius auctoritate in hanc sententiam in-  
 ducti fuerunt? P H. Diximus iam quòd ipsi  
 rationibus quoque persuasi mundum corrup-  
 pendum denique fore crediderunt. Verùm in  
 temporum deinde rationibus supputandis eos  
 diuturnam quandam ac verissimam obserua-

perfectissimo illo homine. Deus procrea-  
 uit, ut dicitur, ut cor-  
 porem, ut dicitur, ut cor-  
 atque, ut dicitur, ut cor-  
 sequatur, ut dicitur, ut cor-  
 bentissime ~~obsequatur~~. Quapropter homo  
 nulla penitus interna seditioe, siue discordia e-  
 xagitatus intellectuāli quodā, atque felicissimo  
 vitæ genere fruebatur. In terrestri autem pa-  
 radiso collocatus fuisse narratur, qui omniū ar-  
 borum & visui, & gustatui iucundorum gene-  
 ribus, & vitali illa potissimum atq; excellen-  
 tissima arbore efflorebat: quemadmodum etiā  
 Adami, & cuiuscunq; alterius Adamo persi-  
 milis intellectus rerum immortalium, diuinaque  
 presertim, maximeq; vitali cognitione enituisse  
 existimatur. Deus deinde Adamo precepisse  
 refertur, ut omnium arborum paradisi fructi-  
 bus, & in primis arbore illa vitali, quæ eum im-  
 mortalitate donaret, uesceretur: propterea quod  
 intellectus æternis cognitionibus, diuinaque præ-  
 sertim nutritus immortalis, ac æternus euadit,  
 propriamq; felicitatem acquirit. Sola boni  
 maliq; dignoscendi arbore Deus Adamum in-  
 terdixisse memoratur, si eam fortasse degusta-  
 ret, mortalitatem subsequaturam interminatus.  
 Hæc quidem in eam sententiā nobis licet inter-  
 pretari, quod Deus Adamū admonuerit, ne in-  
 tellectum ad sensibiles vel corporales defleete-  
 ret actiões: cuius generis sensuum uoluptates,